Quelle: https://manuscripta.at/?ID=886
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

zh. secundum illud exemplum due partes et quia cum quadratum quod est ex linea dh.
minuitur ex quadrato quod est ex linea da. est ex eo quadrato quod est
ex linea ah. proveniens nobis linea ah. secundum istas partes 49 partes et
46 minuta secundum quod istud exemplum quia linea zh. est equalis linee th. et li-
te. est dupla linee hd. erit linea at tota 61 partes et 46 minuta secundum partes
quibus linea e. est 4. partes et 48 minuta et propter illud erit corda ae. secundum is-
tas partes 62 partes et 13 minuta. oportet ergo propter illud ut sit secundum partes quibus
corda ae. est 120 partes linea et. 11. partes et 21 minuta et arcus qui est
super eam 10. partes et 41. minuta secundum partes quibus duo recti sunt 360 et est
etiam quia secundum partes quibus linea et. est 4. partes et 48 minuta est linea
zg. et est ea que est a centro orbis egredientis centrum 60 partes et linea
est 8 partes Et manifestum est quod linea tg. tota est 68 partes et prove-
niet nobis corda eg. secundum partes 68 partes et 16 minuta tunc secundum partes
quibus corda eg est 120 partes erit linea et. 11. partes et 2. minuta et erit
arcus qui est super eam 10. partes et 33 minuta secundum partes quibus circulus
qui describitur circa triangulum etg orthogonium est 360 partes Oportet ergo
propter illud ut sit angulus eft. etiam 10. partes et 30 minuta secundum partes quibus
duo anguli recti sunt 360 partes secundum istas vero partes est ostensum
quia angulus eat. est 10. partes et 41. minuta ergo angulus eag reliquus et
est angulus supplementatis quesite secundum partes quibus duo anguli recti
sunt 360. est 15 minuta et secundum partes quibus quatuor anguli recti sunt
360. est. 9. minuta Sed hec stella fuit visa in habitudine prima super
lineam ae. et eius locus fuit super partem unam et 13 minuta libre Ma-
nifestum est igitur quod si centrum orbis revolutionis non revolvitur super
circulum al. sed super circulum bg. erit hinc circuli super punctum g. et videtur
stella super linea eg. precedere locum suum situm super punctum a. 9. minuta et
esset eius locus super partem unam et 8 minuta libre. et hec est forma illius

Deinde ponam formam etiam habitudinis secunde in intentione huic
simili ex declaratione quia stella sit posterior a longitudine lon-
giore et quia arcus bg. orbis egredientis centrum iam ostensum
est quod est 19 partes et 41 minuta erit angulus bzg. et angulus et angulus qui est
super caput eius et est angulus dzh. secundum partes quibus 4 anguli recti
sunt 360 partes 19. et 41 minuta Et secundum partes quibus duo anguli recti
sunt 360 39 partes et 82 minuta Oportet ergo propter illud ut sit arcus
qui est super lineam dh. 39 partes et 82 minuta secundum partes quibus circulus
qui describitur circa triangulum dzh orthogonium est 360 partes et erit
arcus qui est super lineam zh. partes reliquus ad complendum semicirculum
et sunt 140 partes et 18 minuta linea igitur dh. una duarum linearum
que subtendunt eis est 40 partes et 24 minuta secundum partes quibus corda
dz. est 120 partes et linea zh. secundum istas partes erit 112 partes et 42
minuta Oportet ergo propter illud ut sit secundum partes quibus linea dz. est 3. partes
et 39 minuta et linea zb. que est a centro orbis egredientis centrum.